

# **Digitales Brandenburg**

hosted by **Universitätsbibliothek Potsdam**

## **Das Spruchbuch nach Saadja**

**Bondi, Jonas**

**Halle, 1888**

VITA.

**urn:nbn:de:kobv:517-vlib-936**

## V I T A.

---

Natus sum Jonas Bondi Magontiaci pridie Cal. Jul. anni huius saeculi LXII patre Marco, matre Bertha e gente Hirsch. Litterarum primordiis in schola quadam illius urbis imbutus autumnno anni LXXII gymnasium, quod tum auspiciis Löhlachii florebat, adii et in superiorem tertii ordinis classem receptus sum. Inde quinque annis peractis maturitatis testimonio instructus Berolinum migravi, ubi civibus almae litterarum Universitatis Fridericiae Guilelmae a viro illustrissimo Curtio, tum Rectore magnifico, adscriptus sum. Itaque per septem semestria scholas frequentavi, quas habuerunt viri illustrissimi Barth, Dielthei, Droysen, Lazarus, Paulsen, Sacha, Schrader, Weizsaecker, Zeller. Simulatque usque ad hunc annum in academia, quae Rabbinerseminar nominatur, scholis theologicis et ad linguam hebraicam pertinentibus interfui, ubi disserentes audivi praeter eundem Barth supra nominatum viros doctissimos Berliner, S. Cohn, Hildesheimer patrem et filium, Hoffmann. Quibus omnibus praeceptoribus gratias ago quam maximas.

---